

The *Manipulus/Scotichronicon* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Heresis f

Dicente Jeronimo: ‘Dum parvus est hostis interfice, ut nequicia elidatur in semine. Resecande sunt’, inquit, ‘putride carnes et scabiosa ovis a caulis est repellenda, ne tota domus ardeat et pecora corrumpantur.

In Alexandria namque una sintilla fuit; sed quoniam non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est.’

*Scotichronicon*, 16.20 (Watt ed., vol.8. p.280, ll.84-89).

(“*Jerome*: quotation not traced”: p.370, n.99-104)

Resecande sunt putride carnes et scabiosa ovis a caulis repellenda ne tota domus, massa et peccora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arcius in Alexandria una scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est.

Ieronymus.

*Manipulus florum*, Heresis f

Dicit enim Hieronymus, et habetur XXIV, qu. 3:

Resecandae sunt putridae carnes, et scabiosa ovis a caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus et pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arius in Alexandria una scintilla fuit: sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 11.3 (P. Caramello ed., p.67).

Igitur et scintilla statim ut apparuerit exstinguenda est et *fermentum* a massae uicinia semouendum, secandae putridae carnes et scabiosum animal a caulis ouium repellendum, ne tota domus, massa, corpus et pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arrius in Alexandria una scintilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in epistulam Pauli Apostoli ad Galatas*, 3 (CCSL 77A, G. Raspanti ed., p.163, ll.36-43).